D

Conſtantien. conc. ſeſſ. 14.

mandatum habētis, quemadmodum in geſtis ſiue actis publicis, in ſeſſione dicti ſacri cōcilij quarta die huius menſis Iulij facta, per inſtrumēta authentica comprobatur. Et attēdens dicta ſancta ſynodus Cōſtantieñ. quam ſponte & liberaliter in præſcriptis, ceſſiōe, renunciatiōe & reſignatiōe per ipſum dominum Angelum, & pro eodem proceſſum fuerit uſq; ad effectum deo gratum & commendabilem incluſiue, & etiam ad ipſius ſanctæ ſynodi declarationem, antequam ille dñs q̃ in ſua obedientia dicitur Benedictus, ceſſerit, aut cedere uoluerit, experiretur, quantaq; bona ex his ſanctæ matri eccleſiæ attulit, ac uniuerſo populo Chriſtiano proueniāt, ſintq; dño largiente prouētura, & quod sereniſſimus princeps & inuictiſſimus dominus Sigiſmundus dei gratia Romanorum & Hungariæ &c. rex, ſupradicta etiam pia cōſideratione aduertēs, quædam capitula ſeu articulos, perſonæ ſecuritatem ac quietem uitæ & ſtatius cōdecentiam dicti domini Angeli, olim in ſua obediētia Gregorij duodecimi nūcupati, cōcernentia, dictæ ſanctæ ſynodo exhibuit atq; porrexit, uolēs dicta ſancta ſynodus, quòd eccleſiæ ſanctæ filij uideant, quanta ſibi benefaciētes ipſa mater eccleſia gratitudine proſequatur, præcipue tanti filij & defenſoris precibus inclinata, ſtatuit, ordinat, & decernit, ꝙ dictus Angelus inter ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales ſit, & eſſe debeat epiſcopali titulo per præſens cōcilium aut futurum Romanum pontificem ſuo tempore pro pace eccleſiæ declarando, cum omn bus honoribus & emolumentis & alijs debitis ſeu conſuetis perpetuo inſignitus, ſecundusq; poſt Romanum pontificem dignitate & ordine habeatur, nec aliquis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium ſibi in hoc præferatur: ſaluo, ſi ille q̃ in ſua obedientia dicitur Benedictus, conſimiliter renunciauerit, & ceſſerit iuri, titulo & poſſeſſioni papatus, quod, quem, & quam ſe prætēdit habere, & ipſos ambos in eodem loco ſiue tractatu ſimul perſonaliter concurrere contingat, quod tunc in ſacri concilij ante electionem & futuri pontificis Romani poſt electionem poteſtate exiſtat, inter ipſos duos gratificando q̃s præemineat ordinare. Inſuper dicta ſancta ſynodus ſtatuit, ordinat, & decernit, ꝙ dictus dominus Angelus quoad uixerit, ſit ſanctæ ſedis apoſtolicæ in prouincia Marchiæ Anchonitanæ & præſidatus Farceñ. cum prouiſione, ſalario, gagijs, muneribus & honoribus ſolitis cardinalis legatus de latere in ſpūalibus & temporalibꝰ, atq; uicarius irreuocabiliter permanſurus, cum omnibus & ſingulis facultatibus & autoritatibus huiuſmodi legatorum, quæ legatis talibus cōcedi per ſedem apoſtolicam in forma pleniſſima conſueuerunt: quodq; eidem Angelo fauores & gratiæ ſedis apoſtolicæ in præbendis, beneficijs & alijs prouiſionibus largiſiue impendantur. E

Præterea dicta ſancta ſynodus ſtatuit, ordinat & diffinit, quòd idem dominus Angelus ratione & occaſione ſpūalis & temporalis adminiſtratiōis papatus uere ac putatiue, quomodocunq; et qualitercunq; uſq; in præſentē diem, & quouſq; per formam conſtitutionis pridie in dicta ſancta ſynodo factæ, eidem licebit, quem, & quam habuit aliquādo, aut cuiuſuis legationis, uicariatus, ſeu nūciationis ſedis apoſtolicæ, aut alterius geſtionis ſiue adminiſtrationis nomine Romanæ eccleſiæ, & maxime in prouincia Marchiæ Anchonitanæ uel alibi, dum minori fungebatur officio, ac etiam occaſione uel cauſa ſuæ perſonæ non poſſit, neq; debeat, de actis, geſtis, ordinatis, indultis, conceſſis, receptis, leuatis, habitis & erogatis, donatis & alienatis ac effuſis, q̃tatis, liberatis, aut alijs q̃buſcunq; ſeu qualitercunq; factis ſeu peractis per eum, ſeu eius nomine aut ad eum uel poteſtatem eius quoquomodo peruenerint, ad cuiuſcunq; officij uel cuiuſcūq; perſonæ inſtantiam, cuiuſuis dignitatis, præeminētiæ, ſtatus, gradus, ordinis uel conditionis aut ſexus, etiam ſi papalis, Imperialis, uel regalis exiſtat, de iure uel de facto, aut aliter qualitercunq; conueniri, denūciari, accuſari, uexari, inquietari, impediri ordinarie ſiue extraordinarie, cum promotiōe uel ſine, in iudicio ſiue extra, per ſe uel per alium, apoſtolica cōcilij præſentis aut alia quauis autoritate, ordinaria uel ſubdelegata, ſeu aliàs moleſtari, nec cōtra eum inq̃ri ualeat, nec ullo unquam tempore realiter uel perſonaliter, ciuiliter uel criminaliter aut mixtim, ſeu aliàs quo- F

modo